

Disput. Pandect. 19. th. 2. 18. & Quirinus Kubachius cent. 2. quaest. illustr. decur. vltim. quaest. 2. Sed omnia horum argumenta, quibus nituntur, erudite, ac perspicue noniter refutauit D. Bocerius d. Commentar. de donat. cap. 3. num. 110. cum multis seqq. edit. 2. ad quos Lectorem, gratæ breuitatis studio, remitto. De illis etiam plenius disserui ad §. alia. 2. Infit. de donat. num. 145. & seqq. Harpre.

c Cogitasset. Adde per Tiraquel. dict. l. si vnquam. cap. 13. Socin. in consil. 263. in fin. volum. 2. & in rubr. ff. de liber. & posthum. Et quomodo intelligatur per Ruin. conf. 98. num. 22. volum. 1. Et quando cogitauit de liberis, quomodo intelligatur? vide per Ias. in consil. 226. lib. 2. An procedat in filio legitimo? quod non. hoc conf. 226. lib. 2. Dec. 366. col. 2. Roman. 164. quod sic. vide Ruin. conf. 173. Sed quid in legitimo per subsequens matrimonium? vide per Boer. decil. 159. Non procedit in donatio minima. Dec. conf. 366. volum. 4. Ias. in l. 1. in §. not. & ibi etiam Dec. C. de pact. Item non procedit in donatione propter benemerita: per Dec. in dict. conf. 366. & 20. & in dict. l. 1. col. 2. Roman. consil. 26. Roland. conf. 5. num. 12. volum. 1. in conf. 76. nu. 16. in 2. in conf. 13. num. 3. in 3. Nat. consil. 674. col. 7. & vide per Apostil. ad Dec. d. consil. 22. Item non habet locum quando tempore donationis donans habebat filium, & facta donatione ipsum legitimaui. Casfren. conf. 433. quem tamen vid. 432. & Boeri. decil. 59. An procedat, quando maritus promissit pro vxore, quod habebit ratum, quæ deinde contra facit? Soc. in consil. 215. col. fin. in 2. & 22. in 3. Item an procedat in donatione iuris patronatus Dec. in consil. 675. Item an procedat, quando filius donat patri. Dec. conf. 182. in fin. Rub. conf. 90. licet contrariū voluerit Ruin. conf. 98.

2 Ex qua quidem ratione in primis infertur, quod si tempore donationis donator de liberis cogitasset, non esset locus dispositioni d. l. si vnquam. & ita communiter tenetur, vt ait Socin. conf. 53. num. 7. lib. 4. Ias. conf. 125. col. 2. & 3. lib. 1. quem refert Socin. iun. conf. 67. num. 51. lib. 2. ita etiam communiter concludi attestatur Alb. conf. 102. num. 2. Puta (secundum aliquos) si donatio esset facta in contractu matrimonij: nam eo casu vtique praesumitur donator de liberis cogitasse, quorum suscipiendorum causa solent matrimonij contrahis ideo talis donatio non reuocatur ex dispositione d. l. si vnquam. Ita dicit Signo. conf. 69. post num. 12. vers. Præterea cum mater. & est communis opin. vt dixit Tiraquel. in d. l. si vnquam in præfat. num. 71. quem refert Boeri. decil. 159. num. 9. licet ille corruptum alleget in verbo, prius. num. 62. cum seq. Hæc tamen conclusio mihi non multum placet, & videtur aperte repugnare communi regulæ, quod scilicet debet expresse constare, quod donator de liberis cogitauerit, & quod in dubio praesumitur non cogitasse: quæ regula colligitur ex dictis Bart. in d. §. Imperator num. 8. qui in hoc communiter approbatur, vt dicit Socin. in l. 2. in princ. col. 1. ff. sol. mat. & si opin. Si gnor. vera esset, idem & multo fortius esset dicendum in quocumque coniugato habili ad prolem suscipiendam, quod iudicio meo esset valde absurdum.

3 Secundo infertur, quod si donator tempore donationis iam habebat filios, etiam si alij filij deinde superueniant, non debet donatio reuocari: & ita colligitur ex verbis ipsius l. si vnquam, ibi, filios non habens a contrario sensu. Sed quid si pater habes filium iam natum, illi donationem fecerit, nunquid si postea alij filij superueniant donatio ipsa reuocabitur? Resp. hic casus non est comprehensus in dispositione d. l. si vnquam. sed cedit sub dispositione l. si totas. C. de offic. don. & ideo dicimus, quod talis donatio facta filio reuocatur propter superuenientiam aliorum filio-

rum, non quidem in totum, sed tanquam inofficiosa reuocatur solummodo vsque ad legitimam partem bonorum filijs postea natis competentem. Et ita tenent communiter Doctores vt dicit Corn. conf. 11. in littera 2. lib. 3. Hanc etiam dicit esse communem opin. Bertran. conf. 163. post num. 4. lib. 2. in 2. parte. Ripa in d. l. si vnquam. quaest. 47. Socin. iun. conf. 83. num. 20. lib. 3. licet postea num. 28. videatur inclinare in contrariam sententiam, Tiraquel. in d. l. si vnquam in verb. Liberis, num. 75. & seq. Dida. lib. 1. resol. c. 19. num. 1. Si autem esset facta extraneo, bene reuocaretur in totum, vt dixi infra quaest. 24. vers. Aut vero.

4 Tertio infertur, quod si pater in donatione ipsa renouauerit beneficio l. si vnquam. donatio ipsa non reuocatur, ex quo proculdubio pater renunciando ipsi legi censetur de liberis cogitasse. Hoc autem de plano procederet, praesupponendo, quod pater posset in praedictum filiorum renunciare dispositioni dict. l. si vnquam. sed hic articulus est adeo dubius, vt vix discerni possit, quæ opin. verior sit, aut magis communis, vt dicit Grat. conf. 50. num. 65. lib. 1. quod super hac quaestione est tanta disputatio, quod indigeret constitutione Imperatoria, cum hinc inde sint infiniti Doctores attestantes hinc inde esse communem opin. In primis autem Bart. in l. Titia. §. Imperator. num. 7. ff. de leg. 2. tenuit, quod potest pater in praedictum filiorum renunciare beneficio d. l. si vnquam. Et hæc opin. dicit esse communem Soc. conf. 147. nu. 17. lib. 1. & conf. 263. nu. 13. lib. 2. quæ refert Nat. conf. 125. nu. 1. & Ias. in l. si quis in conscribendo, nu. 8. C. de pactis, & conf. 125. col. 3. lib. 1. Dec. in d. l. si quis in conscribendo, num. 24. Bertran. conf. 192. ante fin. lib. 1. in prima parte, & conf. 32. col. 2. lib. 3. in 1. par. & conf. 179. num. 1. lib. 2. in 2. parte, & conf. 220. num. 8. lib. 3. in 2. parte, Ripa in d. l. si vnquam, q. 51. & lib. 3. respons. cap. 15. circa fin. Tiraquel. in d. l. si vnquam in præfat. num. 174. Contrariam vero sententiam,

num. 28. sed quid de renouatione facta per masculum, Boeri. dict. decil. 159. Item an procedat, quando donatio fit in contractu matrimonij, Socin. in l. 2. ff. solut. matr. Ias. confil. 172. vol. 4. Boeri. d. decil. Item an procedat, quando partim venditur, & partim donatur? Socin. in consil. 22. vol. 3. Et donatione reuocata in vim d. l. an possit donatarius ingredi possessionem bonorum? quod non, sed pertinet ad filium natum: vide per Ruin. in consil. 137. col. 3. volum. 1. Giach. Si tempore donationis donator de liberis cogitasset. Quod in dubio semper praesumatur donator non cogitasse de liberis, verius est: cum aliqui nullus esset locus reuocationi donationis ob susceptos postea liberos: siquidem iaro liberis signendis aliquis inhabilis reperitur. Illudque obtinet, etiam si donatio in contractu matrimonij fieret, vt post Clarum not. strum, & Cornueum conf. 30. lib. 4. tradidit Petrus Nicolaus Mozz. d. tractat. de donationib. tit. vltim. num. 72. Eadem de re vide quoque Boceri. d. cap. 3. num. 134. Harpre.

c Quod potest pater in praedictum filiorum renunciare, &c. Quod pater iuri donationem reuocandi renunciare queat, & caetera, se natis postea sibi liberis, donationem non reuocaturum, præter adductos hic à Claro, tenent Rota Romana decil. 124. part. 1. in nouissima edit. Cuiacius lib. 20. obseruat. cap. 5. Donell. ad d. l. si vnquam, 8. num. 11. & 12. C. de reuocand. don. Fachin. lib. 3. controuers. iur. cap. 84. hosque referens D. Bocerius dict. Comment. de donationib. cap. 3. num. 133. Item Heno. disput. 6. ad Infit. controuers. 23. Harpre.

d Contrariam vero sententiam. Quod pater beneficio dict. l. 8. C. de reuocand. donat. ne sub iuramento quidem renunciare possit in praedictum liberorum, non sine ratione docuerunt,

post alios, Mynsing. centur. 5. obser. 63. num. 10. & seq. And. Gail. lib. 1. obseruat. 40. nu. vlt. & Forster. disp. 10. ad instit. thes. 20. Tum quia testamentum fieret in fraudem liberorum: ideoque non valet. argu. l. nam posteaquam, 9. §. sed & si quis, 5. ff. de iur. iur. 8. Tum quia ratio naturalis, quasi lex quædam tacite liberis parentum hereditatem addicunt. c. l. ratio. 7. ff. de bon. damnator. l. si scripto, 7. §. vlt. ff. si tab. testa. null. extab. Tu quia d. l. 8. aperte dicit, quod totū quicquid largitus fuerit, reuertatur, ac proinde non committitur hoc liberis voluntati donatoris, an velit reuocare, vel non: sed ius ipsum, & sanctio Imperatoris edicit, vt reuertatur imperatui nimirum, non voluntariis. Harpre.

c Pro concordia posset ita distingui. Adde quoque, istas duas contrarias opinionis distinctiones remedio conciliantem, Petrum Nicol. Mozz. in d. tractat. de donationib. tit. vltim. nu. 76. Harpre.

f In genere tantum renouauerit. Itera quod renunciatio debeat esse in specie, & nominatim facta & non in genere, tradit Ruin. in consil. 173. num. 13. Giach.

g Si esset donata res modici momenti, &c. Quod in modica donatione non habet locum dispositio d. l. si vnquam. C. de reuoc. dona. præter Doct. hic relatos, tradunt Petrus Philipp. Corn. consil. 206. col. 8. vers. concurrit etiam, lib. 3. Curt. Sen. conf. 1. nu. 18. Curt. Iun. & Alciat. in l. 1. C. de pact. Philip. Por. lib. 1. comm. opin. Bald. in l. 1. nu. 16. C. de iur. offic. donat. Gail. lib. 2. obser. 102. num. 5. D. Boceri. d. comment. de don. c. 3. nu. 132. Tiraqu. in repet. d. l. si vnquam. 8. in verb. omnia, vel partem aliquam num. 24.

scilicet, quod imò non possit pater renunciare dispositioni dictæ legis in praedictum filiorum, multi quoque tenuerunt, & dicit Soc. in l. cum auus. col. 19. ff. de condit. & demost. quod hæc est communis opin. Moder. Hanc etiam opin. dicit esse communem Alci. in l. pacta, quæ contra C. de pal. Etis, Paris. conf. 73. num. 32. lib. 1. vbi recenset auctoritates, Soc. iun. conf. 137. num. 2. lib. 2. & sic vt vides, hic articulus tam propter auctoritates, quæ propter rationes hinc inde adductas, est valde dubius, & periculosus, & reuera connumerando decisiones Doctorum, suscipior opin. Bar. quod, si possit renunciare, esse magis communem. Sed contraria opin. mihi semper magis placuit, nunquam enim potui mihi persuadere, quod dispositio d. l. si vnquam. non sit inducta tam favore filiorum, quam ipsius donantis. Hæc etiam opin. est proculdubio magis æqua, & benigna, & secundum eam pluries fuisse iudicatum attestantur Doctores super allegati: & in hac pariter inclinavit Senatus in causa D. Hieron. Lonati: Tamen pro concordia posset ita distingui. Aut non constat, quod donator voluerit renunciare dispositioni d. l. si vnquam, scilicet in genere tantum renouauerit, & omnibus legitimis, & omni iuris auxilio, vel huiusmodi, nulla facta mentione dispositionis d. l. si vnquam. & hoc casu in trepide tenendum est cum opi. negatiua, quod nullo modo censetur renunciatum dict. legi, & sic, quod tali renouatione non obstante, donatio ipsa superuenientibus liberis reuocatur: Aut vero fuit renunciatum in specie dispositioni l. si vnquam. & tunc siquidem donans erat maior 25. annis, pos-

set teneri opi. Bart. quod potuerit renunciare, & quod donatio propter superuenientiam liberorum non reuocetur: Aut erat minor, & tunc teneo, quod talis renunciatio nihil prorsus operetur, neq; in hoc facio vim, an in donatione sit appositum iuramentum, vel non. Sicut enim donatio etiam inuata reuocatur ex dispositione l. si vnquam, vt dixi infra quaestione vigesimatertia. Idem dicendum est, etiam si adita sit renunciatio dictæ legis. Quæ enim facilitate minor indicitur ad donandum, eadem etiam inducitur ad renunciandum, & iuramentum maxime attentum, quod hodie in omnibus instrumentis passim, & in distinctione Notarij apponunt iuramentum, cuius virtutem plerique contrahentium ignorant: sed vbi donans est maior, & in specie renunciavit dispositioni l. si vnquam, forte tutius esset (vt dixi) tenere cum Bart. Nā dispositio l. si vnquam, fundatur in præsumpta mente donantis, quæ cessat, vbi de contraria eius mente expresse apparet: & hoc multo magis procederet, si donatio esset iurata, & maxime si iuramentum esset in specie appositum ipsi renunciatori: & secundum hanc distinctionem, si casus contingeret, consulerem, & iudicaret.

Quarto infertur, quod ad hoc, vt sit locus dispositioni d. l. si vnquam. Necessario est donationem esse tantæ importantiæ, quæ verisimiliter donator non fecisset, si de filijs cogitasset. Habebit ergo proculdubio locum dispositio dictæ legis in donatione omnium bonorum, sed & in donatione maioris partis bonorum, imò etiam in donatione cuiuslibet partis bonorum, etiam infra dimidiam. Et hæc est communis opin. vt ait Ripa in l. I. nu. 6. C. de pact. & in d. l. si vnquam, in 7. quaest. quem refert Arelat. in Apostil. ad Alciat. de presump. in 1. Regul. præsumpt. 13. numer. 3. Tiraquell. in dict. l. si vnquam, in verb. Omnia, vel partem aliquam, num. 24. quem refert Didac. l. b. 1. resoluit. cap. 19. circa fin. Fortius etiam (secundum aliquos) locum habet in donatione alicuius rei particularis. Et hanc esse communem opinionem attestatur Ruin. consil. 137. num. 13. in fin. lib. 1. Ripa in d. l. si vnquam, in 8. quaest. quem refert Arelaten. in loco proxime alleg. Socin. iun. conf. 83. nu. 19. lib. 3. Et quod dispositio d. l. locum habet etiam in donatione rei particularis, quæ sit magni valoris, dicit esse communem, Claud. in lex factio. post numer. 11. ff. de vulgar. Ceterum si esset donata, res modici momenti, certe talis donatio minime propter superuenientiam liberorum reuocatur. Ita tenet Imol. loquendo per verbum, forte, in cap. fin. num. 21. de donation. & est communis opinio, vt ait Dec. consil. 181. num. 3. Non enim est verisimile, quod donator, etiam si de liberis cogitasset, ab huiusmodi donatione abstineret. Et hoc casu bonum esset habere iudicem fauorabilem. Nam quæ donatio dicatur magna, vel parua, inspecta qualitate personarum, standum est Iudicis arbitrio, iuxta quæ dixi supra libro secundo, §. Index.

Q V A E S T I O XXIII. S V M M A R I A.

- 1 Dispositio l. si vnquam. an locum habeat, etiam si in donatione appositum fuerit iuramentum.
- 2 Et an locum habeat in donatione facta Ecclesie.
- 3 Et an locum habeat in donatione ob causam.
- 4 Et an habeat locum in legatis.
- 5 Et an habeat locum in legitimacione filij spurij, vel naturalis.

- 6 Et an habeat locum, si post donationem nascatur donanti filius naturalis tantum.
- 7 Et quid si natus esset ante donationem, sed fuerit post ipsam donationem legitimatus.
- 8 Et an reuocatio, quæ fit ex dispositione d. l. si vnquam, fiat ex ipso iure.
- 9 Et quid si liberi post donationem nati moriantur vno testatore, an donatio reconualescat.
- 10 Et an si donator vivens nihil dixit, possint eius heredes donationem ipsam reuocare.

Ex

Ex Additionibus.

- 1 An dispositio l. si vnquam, 8. C. de reuocand. donat. locum habeat in donatione ob causam.
2 Et an procedat in legatis, remissione.
3 An item locum habeat in donatione causa mortis.
4 An & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocetur.

ADDITIONES.

QVÆST. XXIII.



Appositum sit iuramentum. Adde, atque vide per Socin. consil. 22. volum. 3. Corn. consil. 176. in fin. volum. 2. Franc. Aret. consil. 24. quatuor dubia, col. 1. Rom. in consil. 269. non est dubium, & 26. pro decisione Boer. dicta dec. 159. Et plenius de istius legis dispositione dixi in regul. iur. contract. atq. etiã in lib. iuris intellect. colle. Giach.

Rebus sic stantibus. Item quod in quacunq. dispositione semper subintelligatur ista tacita conditio, & interpretatio, rebus, & terminis sic stantibus, atque se habentibus: scilicet si contingat mutatio aliqua, per quam a tali dispositione recedi oporteat per Crauetam consil. 25. num. 1. consil. 264. col. antepenult. in princip. Dec. consil. 335. numer. 3. Rom. in l. final. ff. qui futu. d. co. gan. Alban. consil. 76. num. 2. & 77. num. 31. Rolan. plene consilio 1. volum. 2. Nat. consil. 548. numero 21. ubi idem etiã in casu iurato idem intelligitur, cum superuenit aliquid noui, quod nullo modo extabat, nec de quo fuerat cogitatum, vt per Menoch. in consilio 219. num. 29. Et de viribus istius clausulæ, vide etiã per Afflict. 328. sub numero quarto. Giach.

Locum habeat etiã in donatione ob causam. Quod t̄ Decisio l. si vnquam. 8. C. de reuocand. donat. non procedat in donatione ob causã, & in donatione remuneratoria, quæ non sunt propriæ donationes, post Clarum nostrum, & per cum citatos, notauit Petrus Nicolaus Mozzius in tracta. de donat. titul. vltim. nume. 80. Harprec.

An t̄ dispositio d. l. habeat locum etiã in legatis. De hac quæstione latissime (relatis vtique in partem infinitis fere Doctorum auctoritatibus)

TAT ergo Firma Conclusio, quod propter superuenientiam liberorum donatio reuocatur: Quæro nunc, an hæc conclusio locum habeat, etiã si in ipsa donatione appositum sit iuramentum, vt scilicet adhuc non obstante iuramento reuocetur? Resp. quod sic. Ita tenet Bart. in d. l. Imperator, num. 11. & est communis opin. vt dicit Corn. consilio. 30. in fin. libro. 4. Sœi. consil. 215. num. 2. lib. 2. quod est duplicatum in consil. 23. num. 7. lib. 4. Bertr. consil. 175. post nu. 12. libro. 1. in 2. parte. Ripa in d. l. si vnquam. in 3. quæst. & lib. 3. responsoform. e. 15. nu. 17. Paris. consil. 72. nu. 15. lib. 1. Nam iuramentum semper intelligi dēt rebus sic stantibus merito vbicunq. post dispositione iur atam tale quid superuenit, quod tempore iuramenti prestiti verisimiliter dispositionem ipsam impediuisset, non debet iuramentum aliquid operari: & hoc procul dubio procedit, ubi in tali donatione iurata non fuerit in specie, nec in genere renuntiatum dispositione l. si vnquam. Et in hoc omnes conveniunt, vt dicit Tiraquel. in præfat. d. l. si vnquam. num. 174. Si vero fuerit renuntiatum, dixi supra versicul. Tertio inferitur.

Quæro etiã, an dispositio d. l. si vnquam. habeat locum etiã in donatione facta Ecclesiæ? Resp. quod sic: verum, cum ecclesia regulariter sit locus filij, vt dixi infra lib. 7. S. Ecclesia. non reuocatur, nisi vsque ad legitimam filij postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filijs, dixi supra quæst. prox. vers. Sed quid si pater. Itatenet Bart. in S. Imperator. num. 9. & est communis opin. vt ait

- 5 An donatio reuocalescat, si liberi post donationem nati vno testatore moriantur.
6 Actio semel extincta euentu non reuocatur.
7 Res inuito domino auferri non potest.
8 Quo actio in genere res donata, natis postea liberis, reuocetur.
9 Conditio ex tacita donatoris, & donatarij conventionione competit.

Socin. consil. 53. post num. 6. lib. 4. Ripa in repet. d. l. si vnquam, quæst. 49. Rub. in repet. d. l. Imper. nu. 226. Fortun. in tract. de vltimo sine, illatione 16. Didac. lib. 1. resol. c. 19. post num. 5. vers. Questioni. Hæc tamen opinio mihi semper visa fuit dura. Nam monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi in allegato S. Ecclesia. tamen in practica credo, quod ecclesia obtineret, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem: & iudicio meo, si id faceret, bene, & laudabiliter faceret, vt nonatur in c. fi. 17. q. 4.

Item quæro, an dispositio d. l. si vnquam. locum habeat & etiã in donatione ob causam? Resp. quod non. Et est communis opin. vt dicit Socin. in l. 2. in princ. colum. 1. vers. Secundo respon. ff. solutio matr. Ias. consil. 17. l. num. 1. in fin. lib. 4. Nam huiusmodi donatio cum habeat causam annexam, non autem fundata sit in sola liberalitate: non debet propter aliquid aliud, q. superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa æquiualeat donatione. Nam in eo, quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademq. ratione dispositio d. l. si vnquam, non habet locum in donatione remuneratoria. Ita tenet Bal. in d. l. si vnquam. in 2. lectura. Et est communis opinio, vt ait Deci. consil. 396. nu. 10. & dicit Ias. consil. 154. num. 2. in fin. lib. 2. quod ab ista sententia nemo discrepat. Ripa in d. l. si vnquam. q. 14. Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi supra q. 3. Intelliget tamen, quatenus merita æquiualeat donationi, in xta ea que statim dixi.

Alterius quæro, an dispositio d. l. habeat locum etiã in legatis? dixi supra lib. 3. S. legatum.

Successiue quæro, an habeat locum etiã in legitimatione filij spurij, vel naturalis, vt scilicet talis legitimitatio per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur? dixi supra, lib. 2. S. filius.

Sed quæro, nunquid dispositio d. l. si vnquam. locum habeat non solum quando post donationem nascuntur filij legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimitur, ita vt etiam eo casu donatio iam facta reuocatur? Resp. quod sic. Ita tenet Ioan. Andre. in additio. ad Specul. de success. ab intestato circa fin. in Apoll. magna.

agit, & disputat Andreas Tiraquellus in repetitio. dict. leg. si vnquam. 8. Co. dice de reuocand. donatione. in verbo donatione largitus, numero 259. & aliquot subsequentibus. Sed t̄ quid de donatione causa mortis sentiendum? Et quod dicit. l. 8. dispositio in illa non procedat, arguit decisio Pedemontan. in decisione 120. cum loquatur in propria donatione: donatio autem causa mortis sit impropria. Atque hæc esse veram, & magis communem opinionem a testatur Cacherauus in dicta decisio. 120. eumque laudans Mozzius dicit. tit. vlt. num. 82. Idque post alios explicatius persequitur Tiraquellus in d. verbo, donatione largitus, numer. 246. & seqq. Verum contrarium non sine ratione statuit Dony Bocer. in Commentar. de donationib. c. 5. nume. 63. & Thadeus liso, lib. 4. variat. resol. c. 5. num. 33. & seqq. Harprec.

An t̄ habeat locum etiã in legitimatione filij spurij, vel naturalis. An, & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocetur post alios, quos citat Mozzius dicto tractatu de donationibus, titulo vlt. nu. 85. & sequentibus. Harprec.

- 5 Nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocalescat. Si liberis natis donatio fuerit reuocata, sed ijdem liberi postea decesserint: non inutiliter quarritur, an donatio reuocalescat, adeoque res donata ad priorem donatarium reuertantur? Affirmatiuam opinionem amplectuntur, præter Clarum hoc loco, Ant. Gomez. to. 2. uar. resol. c. 4. nu. 12. & Petr. Nic. Mozz. d. tit. ult. nu. 90. Sed eorum sententia, qui donationem semel extinctam non amplius, liberis defunctis, reuoluerent statu, probabilior uidetur. Tum quia actio, quæ donatorio compete- bat, per liberorum superuenientiam semel extincta, euentu, siue morte liberorum eorundem subsecuta, reuocari nequit, argum. l. qui res suas. 68. S. aream. ff. de resolutionib. l. Maruis. 66. S. i. ff. de leg. 2. Tum quia, natis liberis, res donata propriæ donatoris effectus sunt: ac proinde ut donatarij rursus fiant propriæ, noua donatione opus est. Neque in res semel arbitrio, & dominio donatoris subiecta, ipsi inuito adimi potest, id. quod nostrum 11. de reg. iur. Tum denique quia donatio ista facta intelligitur sub tacita hac conditione, si liberis postea donator non susceperit. Atqui hæc conditio natis liberis, confessim deficit, licet liberi postea moriantur, l. filiusfamilias 114. S. cum erit 13. ff. del. 1. l. heredit. 77. in princ. ff. ad S. C. Trebellian. Quibus rationibus addeda est auctoritas Bart. in l. Titia 87. S. Imp. 3. ff. de l. 2. Donell. ad d. l. si vnquam 8. n. 9. C. de reuoca.

magna. Et est communis opin. vt dicit Paris. consil. 72. nu. 21. lib. 1. Huiusmodi enim filij æquiparantur legitime natis: & ideo disposita in legitimis etiã in istis locum habent.

Sed quid si filius naturalis iam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Paris. in alleg. consil. 72. nu. 24. Hoc enim casu nulli dubium esse potest, quin de ipso filio iam nato, & etiam de eius legitimatione verisimiliter testator cogitauerit.

Præterea quæro, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quæ fit ex dispositione d. l. si vnquam. fiat ipso iure, inmediate quod nascuntur filij? Respon. quod sic. Ita expresse colligitur ex verbo, Reuertatur, posito in ipsa lege, quod importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente. Ita tenet gl. fin. in d. l. si vnquam, & ita communiter fere ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. consil. 4. circa princ. lib. 3. Hanc etiam opi. dicit esse communem Corn. consil. 11. in lit. R. libro 3.

donat. Fachinei lib. 3. controu. iur. c. 90. Tiraquellus in d. l. si vnquam, in verb. susceperit liberis, nu. 203. & aliorum, quos hic allegat; quibus ad stipulam aduocatur D. Bocer. in Comment. de donationib. cap. 3. num. 135. qui ad dissentientium argumeta fati, abundeque respondet.

Ultimo quæro, quod donator susceperit liberis, illi tamen liberi ipso adhuc superstite moriantur, nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocalescat? Respon. Bart. in d. S. Imper. nu. 10. tenet, quod non: sed in contrarium est magis communis opin. vt attestatur Rub. in d. S. Imp. nu. 249. & seq. Cessat. n. ratio coniecturate mentis donatoris, super qua fundatur dispositio d. l. si vnquam. Quæ quidē conclusio intelligenda est, vt procedat, quando pater mortuus filijs donationem ipsam tacite, vel expresse non reuocauit, alias secus.

Sed quid si pater quidem donationem non reuocauerit, imò permiserit semper donatarium res donatas possidere, nunquid poterunt eius hæredes donationem ipsam reuocare? Respon. quod non. Et hæc est magis communis opin. vt ait Rub. in d. S. Imperator. numer. 253. & sequenti. Videtur enim hoc casu donator satis declarasse voluntatem suam, quod nolent donationem reuocare. Ideo illi non possunt eius hæredes contrauenire.

Illud hic obiter animaduertendum, quod res donata, natis postmodum liberis, per donatorem reuocatur, uel rei uindicatione, uel conditione, auctore Donello in d. l. si vnquam 8. n. 16. C. de reuocand. donat. Cū. n. ipso iure donator, suscepti liberis, dominium rei donatae receperit, ut offedit hic Clarus nosfer n. 8. eius dominij nomine aduersus donatarium, rerum donatarum possessorem, rei uindicationem competere, recte statuitur, l. in rem 23. in princ. ff. de rei uindic. Cōditione quod attinet cōditio illam t̄ ex tacita, & coniecturata donatoris, & etenim donator sub hac cita conditione, si liberis non susceperit, res suas ali cui donauerit: pater inde, sub contraria conditione, si liberis postea susceperit, non intelligitur donatum. Et quia hoc tacito sensu, & uoluntate donator dedisse præsumitur: censetur item donatarius hoc animo accepisse rem donatam. Hæc tacita conuentionio obligationem, & actionem in personam, conditione f. producti, actionem 25. ff. de oblig. & actionib. S. 1. Instit. de actionib. D. Boc. d. Cōment. de donat. c. 3. n. 138. & seqq. ubi ea de re exquisitijs disertat. Harprec.

QVÆSTIO XXIV.

SVM M A R I A. Ex Claro.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio inofficiosa facta vni ex filiis, vel etiam extraneo, potest per alios reuocari.
2 Et quid si sit inofficiosa re tantum, vel consilio tantum.
3 Et quid si sit iurata.
4 Et an filius, cui pater aliquid reliquit, possit donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare.
5 Et quid si pater alienauit bona titulo oneroso, an sit locus reuocationi.

ADDITIONES.

QVÆST. XXIV.

Inofficiosa. Et donatio inofficiosa quot modis dicatur, uide per Paulum Castren. in conf. 353. dubitatio. uol. 2. Socin. consil. 18. lib. 3. Item ad sciendū quæ sit inofficiosa, inspicitur tempus donationis, Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Idem, aliam esse causam, propter quam donatio possit reuocari, quando scilicet esset inofficiosa. Hæc est pulchra, & subtilis materia, & alias intellexi, quod magnificus D. Camillus frat. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

ter meus adhuc valde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputauit in hac materia in ciuitate Alexandria centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentanti- bus Doctoribus venerandi nostri collegij, qui eo tempore excedebant numerum 30. de Crau. conf. 40. quem uide. Giach. Eset inofficiosa. Adde hic, quod si donatio sit inofficiosa, puta, quia natis filijs pater donat bona sua extraneo, tunc reuocatur favore filiorum. Si vero donatione facta contingat nasci filios, reuocatur

Cratu. conf. 40. quem uide. Giach. Eset inofficiosa. Adde hic, quod si donatio sit inofficiosa, puta, quia natis filijs pater donat bona sua extraneo, tunc reuocatur favore filiorum. Si vero donatione facta contingat nasci filios, reuocatur